



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma, Sive Avrea Armilla Bartholomæi Fvmi Placentini,
ordinis Prædicatorum, ac hæreticæ prauitatis Inquisitoris**

Fumo, Bartolomeo

Antverpiae, 1570

Praelatus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30427

PRÆLATVS. PRÆSCRIP.

⁹ SECVLARES &c mulieres, licet possint hortari sedēdo: vt abbatilla, & priores societatum, non tamen prædicare formaliter, etiā cum licentia Episcopi, maximē mulier: quia officiū hoc virile est. secundum Panor. in c. noua. de pœni. & remiss.

¹⁰ Q. V A N D O aliquis est valde ignarus de necessarijs ad credendum, vel operandum, & habet commoditatem eundi ad prædicationē, vbi huismodi declarantur, videtur mortaliter pccare si nō vadit: quia salutē animq; negligere videtur. Si autem ultra hoc cōtemnit, manifestē mortaliter peccat. Christus prædicauit annis tribus, & quasi mensibus tribus, & vixit annis 33. & mensibus tribus: secundū Tho. 3. part. q. 39. a. 3.

P R Æ L A T V S.

¹¹ P R Æ L A T U S dicitur communiter quisquis habet curā animarum. c. iua. de cleri. & grot. propriē verō, nomine prælati veniunt maiore habentes prærogatiuam sine iurisdictione: vt plebanus, decanus, archipresbyter, & consimiles, de form. corn. c. Romana. in 6. propriissimē autem habentes iurisdictionem. c. 2. de iudi. iuncta glo. & in c. dudum, de sepul. §. in ecclēsijs. qui prælatus à collegio eligitur, & per electio nem iurisdictionem accipit in collegio: secundum Innoc. in c. cūm ab ecclēsia rum. de of. or. Requiritur ergo primō electio, & confirmatio per supriorē, vel quodd præferatur ipsi collegio per superiorē habentem potestatem. c. nihil de elect. Secundō, quodd vniuersitas, vel collegium, quod ipsum elegit, sit clericorum, vel religiosorum: quia aliās non posset dare iurisdictionē in personas ecclēsias: secundum Inno. Tertiō, quodd iste electus sit clerus: quia aliter iurisdictio spiritualis in eum non caderet, vt in c. cūm causam. de p̄fici. Quattō, quodd habeat iurisdictionem ordinariam in foro contentioso excommunicādi. Vnde priores mendicantium, & aliorum ordinum, sunt hoc modo propriē prælati, & possunt esse conservatores. suprā, Conseruator. §. 2.

¹² NEGLIGENTIA prælati in omissione necessariorum ad eius officiū vt in visitatione, correcōne, & huismodi, est peccatum: secundum gloss. in c. ea quæ. de off. archi. & tenetur nō solum de dolo, & lata culpa, sed etiam de leui culpa, de damno ecclēsiarum, & fortius animarum: secundum Host. in d. c. ea quæ. De alijs prælatorū peccatis, vide ver. Episcopus per totum, permisso, negligentia, correcōne. §. 10. & 11.

¹³ P R Æ L A T V S non tenetur veniam subditō petere, etiam quod excessit in eius correctione, ne eius auctoritas eneruerit. d. 86. c. quoniam. & secundum Aug. in regula.

¹⁴ P R Æ L A T V S obligans ecclēsiam pro alienis debitis, ipso facto est suscipitus ab administratione spiritualium, & temporalium: codem modo si alienat pro alienis debitis, non autem si pro proprijs, & si sic suspensus celebrat, non efficitur irregulatis: secundum Panorm. in ca. 2. de solu. quia non est suspensus ab ordine, sed ab administratione, quamvis Hosti, oppositio teneat & malē. Potest tamen mutare, & facere eleemosynam pauperibus, quando abundant: secundum Panorm. ibidem. quia bona ecclēsiae superfluit pauperum, ideo si eis dentur, non est malum.

¹⁵ P R Æ L A T V S non tenetur omnibus placere, imō non potest, & quanto iustior, tanto minus potest: secundum Panor. in c. qualiter & quādo cl. 2. de accusa. Quomodo potest eligere sibi confessorem. suprā, Absolutio. §. 14. vide de hoc in ver. alienate. §. 3. Ab hereditatem possit repudiare seu legatum. supr. Alienatio. §. 17.

¹⁶ P R Æ S C R I P T I O. & vſu capio importat acquisitionem dominij per continuam possessionem temporis à lege definiti, auctoritate legum vim capiens, pœnā negligentibus inferens, & finem litibus imponens. ff. de vſu, lib. 3. Nec est contra ius naturale, imō rationi consonum, quia negligentes puniunt, & terminat lites. Cūm autem est

